



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Dissertationes Juridico-Theologicæ De Jure, & Justitia**

**Karchne, Simon**

**Augustæ Vindelicorum ; [Graz], 1714**

§. IX. De alijs rem emphytevticam in alium transferendi modis

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40013**

suum vendere in scio Domino, quia hic nihil præjudicatur Domino, cum omnes admiserit ad Emphyteusim & canonem totum accipiat ab uno, nec tunc censentur esse plures Emphyteutz formaliter, sed materialiter, forent autem plures formaliter, si pro diviso possiderent: unde sicut aliquo ex ijs non solvente canonem caderet is in Commissum, ita uno vendente Domino non requisito sequitur caducitas.

Emphyteuta non prohibetur Domino irrequisito fundum Emphyteuticum oppignorare, dummodo nil præjudicetur Domino *L. 16. §. 2. ff. de pignorat. actio-*

*ne ibi. etiam vectigale prædium pignori dari potest, unde cum etiam servitus soli Emphyteutz præjudicet, potest ab hoc in scio Domino imponi ad tempus durantis Emphyteusis, Haunold. tract. 9. n. 546. inferens posse etiam ad longum tempus elocare pro pensione commoditatem inde percipiendam nomine Emphyteutz, secus secundum veterem Sententiam subemphyteuticare, hoc est, alteri dare in Emphyteusim: Sic enim alienaret, Dominiumque utile in alium transferret, ita Zoël. in Digestis ad titulum locati conducti n. 104. contra Jasonem.*

§. IX.

*De alijs rem Emphyteuticam in alium transferendi modis.*

DE his legenda sunt, quæ pertracto à n. 423.

§. X.

*De caducitate rei Emphyteuticæ ob Canonem non solutum.*

164. **Q**uæres an & quando canone non soluto, aut aliàs Emphyteuta cadat in Commissum, & quando cesserit pena commissi, seu caducitatis id est, rei Emphyteuticæ Dominium utile in penam amittitur, & consolidatur cum Dominio proprietatis Domini directi. *Resp.* Primum culpabiliter non solventem Canonem biennio in Emphyteusi Ecclesiastica, triennio verò in seculari cadere in Commissum in conscientia, &

quidem probabilis ante judicis Sententiam non tamen ante Domini exactionem. Pars prima est certa, secunda verior de jure: utraque colligitur ex *L. 2. Cod. de jure Emphyteut.* in qua verbum cadat non ad Judicem, sed ad Emphyteutam dirigitur. Tertia pars innuitur verbis illis, *si Dominus volueris repellere.* Ratio est, quod amissio Emphyteusis sit pena valde acerba, unde foret nimis inhutuana, si ante exactionem deberet eam in se exequi.

Y

Di.